

1167, març, 3

Bernat de Palau i la seva esposa Berenguera defineixen a Santa Maria de Valldemaria i a la seva priora Ermessendis un quart del delme de les terres que la referida casa té al terme de Maçanet de la Selva.

ASD núm. 31, còpia de 1352, closa per Guillem d'Abadia, jutge ordinari del castell de Sant Iscle de Vidreres, 210 x 290 mm.

Hoc est translatum sumptum fideliter cum auctoritate et decreto uenerabilis et discreti Guilielmi de Abbacia, iudicis ordinarii termini castri de Sancto Acisclo, uicesima secunda die marcii anno a natiuitate Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo secundo, a quodam instrumento antiquo cuius tenor talis est:

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, sit notum cunctis quod ego Bernardus de ipso Palatio uxorque mea Berengaria, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, diffinimus et euacuamus et guirpimus domino Deo et Sancte Marie de Ualle Marie et in manu priorisse Ermessendis et totius conuentus illius lochi presentis atque futuri totam illam nostram quartam partem tocius illius decime de omnibus uestris laborationibus ubique in parrochia Sancti Laurentii de Macianeto. Sicut modo habetis nec deinceps habere uel acquirere potueritis, et de domo de Ualle Marie et de omnibus uestris aliis rebus, sicut melius nullo modo nos habemus nec in aliquo modo accipere debemus, amore Dei et Sancte Marie et redemcione animarum nostrarum parentumque nostrorum et omnium fidelium deffunctorum christianorum. Et de nostro iure et dominio prenominatam decimam totam ab integram(sic) ut melius potest intelligi ad hutilitatem predicti conuentus tradimus eam in suam potestatem et dominium ad omnem suam uoluntatem ibi et inde semper faciendam sine uinculo ullius hominis uiuentis. Et propter hanc difinitionem et euacuacionem et guirpicionem accipimus de bonis Sancte Marie de Ualle Marie et conuentus illius loci .XL. solidos dena'riorum barchinonensium. Si quis hoc disrumpere temptauerit, non ualeat, set in duplo componat, et hac scriptura firma permaneat semper.

Actum est hoc .v. nonas marcii anno .xxx. regni Ludouici regis iunioris.

Sig+num Bemardi de ipso Palado, sig+num Berengarie, uxoris eius, sig+num Alamande, sig+num Oliue, nos omnes supradicti qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Pon.cii de Cabraria, uicecomitis, qui hec laudat et ut semper firmum permaneat. Sig+num Amaldi de Carteliano. Signum Petri de Sancto Laurentio. Sig+num Bemardi de Prato, nepotis eius. Sig+num Sancie de Cara uc.

(s. man.) Stephanus qui hoc scripsit, die et armo <quo> supra.

Ego Guilielmus de Abbacia, iudex ordinarius castri de Sancto Acisclo, qui hoc translatum cum suo originali de uerbo ad uerbum fideliter comprobau, mea iudiciali auctoritate subscribo. Sig+num Guilielmi Segarra, notarii publici substituti a Berengario de Costa, notaria publico Uitrariarum, qui hoc translatum ab originali suo fideliter sumptum et de uerbo ad uerbum comprobatum scripsit et clausit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 114-115